



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Oecolampadivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

COLLATIO XLIII.

& adhuc pro uero habet, illic ego manere sino. Optime scit Petrus noluisse deum esse, summus adorationis honor soli est deo exhibendus, sicut & angelus Iohanni dixit Apocal. xix. Sancti tamen adhuc uenerandi sunt, quauis illic attenta Iohannis sanctitate, quodque tam impense a Christo dilectus fuerat, admittere noluit ut sibi exhiberet honorem. Ultimo ad uerba Iacob. Et nomen meum inuocet super eos &c. adportat ualde peregrinum intellectum, dicens esse conditum seu naturam Hebraici sermonis. Nunquid haec est pulchra conditio scripturas sacras interpretandi, uerum dilacerandi, quid opus fuerat Iacob orare, ut duo illi pueri sui essent generis, prius enim sui generis erant, erantque filij sui filij Ioseph. Neque ullus est in toto orbe Hebraici non expers sermonis, qui eo modo id intelligat sicut doctor, quod autem intellectus eius perflare non possit, scripturis probo Num. vi. ibi de sacerdotibus deus dicit. Nomen meum inuocabunt super filios Israel, & ego benedicam eis ubi clarum est & lucidum hoc ad orationem pertinere. Sicque ad orationem & non ad genus tendunt uerba Iher. xiiij. Quod autem Esa. iij. inuocare aliter accipit, facit subiecta materia, quia ibi neque de deo sermo est, neque de oratione. Sic adhuc stat dictum orationis Moysi, Exo. xxij. firmum Moysen in oratione sua, creaturae non oblitum. Ex quibus omnibus aestimo manifestum quam efficaciter & potenter inuocatio & sanctorum intercessio, secundum ritum & usum ecclesiae in toto orbe obruta sit & probata, deo laus & omnibus electis sanctis.

D. OECOLAMPADIVS.

**D**EUS omnibus nobis concedat ueritatis cognitionem, Amen. Dilecti Christiani hodie audiuitis quam aspernantem sermones meos, & quam iactanter suos D. Eckius induxerit. Iam igitur peto beneuole audire dignemini meam fundamentalem & ueram excusationem. Principio ei similitudo displicuit, quum aliqui nequam pro inuicem rogant. Iuxtaque mentio facta est, cum nequam uiris nihil probari, qui me audiuerunt bene intellexerunt, neque me sanctis in uita, neque in morte iniuriam irrogasse. Nunc in  
scripturis

### CONCLUSIO TERTIA.

scripturis neq; alienū est neq; peregrinū, etiā de malis similitudines inducere. Christus inq; exemplū de falso iudice induxerat Luc. xvij. de usurarijs & res dñicas seu uillicitatis suae male administrantibus. Reperimus quoq; & alia exempla, sicut & apud prophetas inueniunt, nā & sancti dei se met pro peccatoribus confessi sunt. Non parua res est se uere peccatorem nominare, omnes nobiscū orarunt. Dimitte nobis debita nostra. Peccauimus iniquitatē fecimus cū patribus nostris. Et Iob ipse inductus dixerat, Omnia opera mea expauesco. Dauid autē dixit, corā te non iustificabit omnis uiuens. Quā obrem & Paulus ad Romanos concludit, uniuersum orbem peccatis subiectū, ut hinc dei misericordia cognoscat & eluceat. Secundo quod recte docuerimus ad Christū unice refugiendū, sufficientes induxi scripturas, quarū neq; D. Eckius unicā sufficienter enodauit. Deuisset em̄ efficacia dicta unū uel plura his meis dictis opposuisse, deum nobis praecepisse mortuos inuocare quod non fecit neq; facere potest, uniuersae enim scripturae ad Christū dirigūt. Christus finis est legis unicuiq; credenti ad Romanos. Ad Heb. x. ex Psal. dicit, In capite libri scriptū est de me, ipse uero quod aestimat ad sanctos euntem, etiā ad Christū uenire. Ego autē nos ut fidos ministrorum malle (ut tenemur) proximā nos docere uisam, mox ad Christū ueniendi. Quid hoc esset, si quem ad Basileam directurus, dicerē ei uade in Bernā, post in Solodorum, tandē in Basileā quaesiturus, quū tamen scripturis absq; ullo formidine primo ad Christū eum dirigere possum, neq; me docet scriptura ad hunc uel aliū sanctū dirigere, utiq; esset hoc circumducere. Ultra ex me scire postulauit, quare in terra degentes pro eorum intercessione rogamus, & non eos qui in caelo sunt, super quo prius respōdi, unū scilicet scripturas iubere, alterū uero non, multa de sanctorum ueneratione induxit, & quod orent, quod illi non fuerat necessariū, sufficienter enim hoc ei heri concessum est, potuisset isto totū expedisse, ut sancti suo

## COLLATIO XLIII.

honore debito uenerarent. Et eo quoque expedisse potuisset  
 si fundamentales scripturas induxisset defunctos sanctos in  
 uocandos. Adportat quidem aliqua dicta sibi tamen non deser-  
 uientia, sicut Luca ij. in Magnificat Maria dixit. Beatam me  
 dicent omnes generationes, interrogans quomodo hoc ad-  
 impleri queat. O uos dilecti Christiani, si Mariam fatebimur  
 puram & uenerabilem dei genitricem, cui plus est gratia data  
 quam angelis uel alijs hominibus, & hanc laudem iugiter ex-  
 clamauerimus, eam admiramur ut beatam, sicut uniuersa fa-  
 cit Christianitas, ex tunc ego prophetia aestimo adimpletam.  
 Neminem nos prohibemus ne aue Maria dicat. Neque indigno  
 feret animo, si pater noster orabimus, plus equidem nobis rei  
 in deo reposita est quam in Maria. Dictum Hierem. xvij. cap. uult  
 me infideliter exposuisse, uerum est breuitati me studuisse, id  
 est nihil neglectum est, nam quod addendum fuerat. Maledictum  
 scilicet hominem, in hominem fidem, & carnem ponentem  
 brachium suum, cuius cor recedit a domino, etiam fit quando non  
 unice in Christum sperat. Iudaei enim eo tempore iuxta sacrificia  
 quae deo offerebant, auxilia a Babilonijs & Aegyptijs quaere-  
 rebant, sicut iam & iuxta Christum refugia quaeruntur aliorum  
 mediatorum, inditium est hoc imperfectae fidei. Quare & pro-  
 pheta ultra dicit. Benedictus uir qui confidit in domino, & dominus  
 erit spes eius. Ad dictum Matth. iij. quod ex libro Moysi Deu-  
 tero. extractum est, ut domino seruiatur, sicut me doctor Eckius  
 direxit ad graeculum uerbum Iatreffis, sic & ego eum dirigo ad  
 Hebraicum abad. *Distinctio haec de latia & dulia duplicium ser-  
 uitutum in scriptura non est fundata. Ultra certus sum apud  
 omnes Christianos optime nos posse contentari, Christum  
 nobis omnia esse cum quo satis agere habemus. Oportet ut  
 exemplum referam toti deseruiens causae. Si sol milesies clarior  
 absque ulla laesione oculorum intuentus esset, & cum magna de-  
 lectatione essent & multa milia paruorum candelarum, quae lu-  
 men a sole reciperent & splendor, & praemagnitudine, cla-*

ritate

### CONCLUSIO TERTIA.

ritate, splendore solis huius candelulæ parum resplenderent, essem ego ob id seruus infidelis ad paruas candelulas non recurrens, sed ad lumen oim̄ delectabilissimū. Nunc Christus dñs noster ineffabiliter delectabilior sol est, qui fideles uere illuminat, sancti quoq; Dei & si uenerabiles sint, digniq; magno honore, nihilominus Christo comparatæ, ut candelulæ sunt minores, dei enim ad creaturā est non æqua cōparatio. Quicumq; Christi inus eum uere cognoscit, de me non multum exposcet rationē. Omnia illi amara & parua reparabuntur, solusq; Christus ei magnus est atq; dulcescet. De miraculis confitetur doctor Eckius mer multa ex deo non fieri, quæ aut̄ fiunt in fidelium consolationem, etiam ad diuinū honorem pertinent. Quum enim quisq; fidelium finalem consolationem aliter quam in deo quærit, eam facit consolationem idolū miracula, Marci ultimo confirmant uerbi ueritatem & non sanctorum inuocationem. Hoc etiam de Helisæo dictum sit, multis uerbis de templis inductū fuit, quasi discretionem non poneremus neq; differentiā inter ecclesiā & tabernas, quod nostra non est opinio. Ex euangelio namq; Iohan. iij. ubi docemur patrem adorare in spiritu & ueritate, ostenditur & tempus futurū, ubi neq; in Hierusalem, neq; in monte Samariæ inuocabit̄ deus, quasi diuinus cultus uel tempori uel loco esset alligatus. An deum undiq; misericordē reperimus, eo tamen addito, ut recta fide ad eum deueniat, non plus est cum templo in noua lege sicut fuit in antiqua. Satis inq; S. Steffanus nobis recenset in Act. Apostolorum vij. cap. Ideo iam templa habemus ut ibi uerbū dei audiamus, & ut cōmunibus orationibus deo grati simus, eumq; inuocemus, utq; nos per sacramēta in Christiana charitate uniamus. Quod aut̄ deus alioquādo in uno loco plus suā omnipotentiā ostēdit quā in altero æque extra ecclesiā fit sicut intra. Quæsiuit deniq; & a me doctor Eckius quo nā modo ingratitude nos excusare possimus, & quæ dilectos sanctos tā nobis fauorabiles nō inuocamus?

Dico

COLLATIO XLIII.

Dico sanctos nos gratos habituros, quando Christo grati sumus, plusq; hoc eis placet, quam si nos cum eis impediremus alioqui deos ex se facturi. Aliā quoq; induxit quaestionē, nostrā litaneia causa, qua apud aegrotos pleriq; nostrū Basileę utimur, uellens omnes tenorē illius audisse cōpertū futurū, ut neq; Christi, neq; apostolorū, sed neq; aliorū sanctorū honorū quicq; fuerit detractū. Illæ enim ordinationes nostræ in se dei beneficia sanctis exhibita cōplectunt, quibus & nos in fide fortificamur. Certus sum aegrotos ex eo plus ædificari, quam si totū psalteriū ab eis non intellectū illic præsenter in murmurarint. Necessariū nobis est nostris eo modo prouidere, ut in extremo die respondere ualeamus. Comparent eorū antiquū obsequiale, & nostrū mox cōpertū futurū, quod illos uerbo dei plus congruat, aegrotisq; magis fuerit consolatoriū, quod utilius est facere debemus atq; docere. Præterea posthac dictū ad Hebræos induxit, deum esse ignem consumentem, quare nos peccatores liberū non habeamus ad deū accedendū aditum, & ob id necessaria sit sanctorū inuocatio. Vellem doctorē Eckiū hoc nobis proposuisse mediū, quod in epistola habetur, in qua ad Christū Ihesum dirigimur, per quem liberū habemus aditū, quæ nos epistola ad defunctos sanctos non remittit neq; dirigit, neq; pro ulla præsumptiōe habemus aliquando nos peccasse, de quo iam doleamus, ut met dñm nostrū adgrediamur. Paternè inq; nos (ut filiū prodigum) excipiet. Ego ob doctoris exemplū pudeo deū nos ita excepturū, quēadmodū ipse dixit, at si de peccatis nostris non doleamus, neq; per sanctos quicq; impetrabimus. Ad Ezechielis dictū respōdeo non extēdi ad uita defunctos sanctos. Ultra ad librū Machabæorū illud ego pro suo ualore teneo, is em̄ qui scripsit met ipse fateat ad libri calcem. Et si quidem bene & ut historiæ competit, hoc & ipse uelim, si aut̄ minus digne concedendū est mihi. Hic clare uidet̄ hunc librum non inter diuinos & probatos libros habendū. Vbi em̄ deus loquit̄

### CONCLUSIO TERTIA.

loquitur, causa in nullū dubiū reponi solet, quare hic in proxima responsione statueretur. Neque ibi habet quod illic Oniam inuocant. Ad dictū Gen. xlvij. nimirū mihi D. Eckius impingit, me scripturas dilacerare, dixit sermonis conditionē hoc in se non habere, tunc concessit Esaiā iij. capite ita exponi debere. Ego scripturas per scripturas exposui, cuius mihi historia prebet testimoniū, filios Ioseph in quieta fuisse possessione, in terra promissionis Iacob quoque illis Sichem addidisse, quo Iacob dilectiores noti essent, habueruntque plus ceteris prerogatiuā, quare eo magis ceteris dicti fuerunt esse Iacob. Bene nouit D. Eckius decē tribus filiorum Iacob Israhel nominatos, & eorum rex ex tribu Efraim. Nunc autē Israhel nomen est Iacob, aliaque duarum tribuum nomen a Iuda habuere. Quod Nu. vi. inducit nihil ibi habetur de inuocatione nominum quorumcumque hominum ad deum deseruit, neque ibi ponitur uerbulum, quod in Genesi positum est. Sicque compertum habetur doctorem Eckium nullum adhuc dictum induxisse, quo abducere possit dicta in contrarium adducta. Quod in Hieremia habetur conditionale est scilicet si admitteretur, si ita esset, neque concessum neque falsum. Quibus libenter concluderim, & scripturis commisisse uoluerim, nisi aliquid noui a me peratur.

#### D. ECKIUS.

In nomine tuo domine Iesu Christe, Amen. Ex hoc prolixo sermone sepius ante sic facto, perpendit charitas uestra pluresque extra ciuitatem in territorijs ueritati parcere, doctorem ad mihi contradicendum aientes non sufficenter audiri. In summa uos rogo fideliter memoriam mandandum doctorem confessum sanctorum inuocationem, quam Zwinglius, frater Stiffel, & eis similes noui Christiani negant. Simpliciter uiro proponit, nihil me scripturis probasse, omnemque rem suam iugiter apud scripta manere. Dico breuiter neminem sibi met bene sententiam dicere posse, hoc namque in isto anno non admittit, ut sui met quisque sit iudex. Vnum autem faciat doctor mecum, resignet securitatem,

Bb